

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA
SISTENS

AEGRUM

ICTERO CALIDO

LABORANTEM,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO

GVILIELMO HENRICO,

DUCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,
ANGARIAE, WESTPHALIAE, ET RELIQA,
SVB PRAESIDIO

GEORGH WOLFFGANGI WEDELII,

HEREDITARII in Schwarza/

MEDICINAE DOCTORIS, COMITIS PALATINI CAESAREI, SACRAE
CAESAR. ET CATHOL. MAIEST. AC

SERENISSIMORVM SAXONIAE DVCVM CONSILIARI ET ARCHIATRI, THEORETICES
PROFESSORIS PVBLICI ORDINARI,

PATRONI, PRAECEPTORIS AC HOSPITIS SVI COLENDI,

PRO LICENTIA

INSIGNIA ET PRIVILEGIA DOCTORALIA, MORE MAIORVM,
RITE ET LEGITIME CONSEQVENDI,

PVBLICAE AC SOLENNI ERVDITORVM DISQVISIONI SVBMISSA

A

CHRISTIANO MÖLLENHOFF,

LVBECENSI,

Ad d. VI. Nov. MDCCXVI.

IN AVDITORIO MEDICO,

HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVETIS.

Pathol. spec.

504, 80

LITERIS KREBSIANIS.

Wolffgang 1886

V I R O

MAGNIFICO AC SUMME REVERENDO;
DOMINO

HENRICO DÜRKOPPIO,

S.S.THEOLOGIÆ DOCTORI GRAVISSIMO,
ACADEMIÆ, QUÆ HAFNIAE FLORET, PROFESSORI
CATECHESIOS PVBLICO ORDINARIO, ET ECCLESIAE
TEVTONICÆ PASTORI PRIMARIO, PARENTI
ÆTERNVM DEVENERANDO;

NEC NON

V I R O

EXCELLENTISSIMO, CONSULTISSIMO, PRÆNO-
BILISSIMO, PRUDENTISSIMO,
DOMINO

DANIELI MÜLLERO,

JCTO CELEBRATISSIMO,
LIBERÆ CIVITATIS IMPERIALIS LUBECENSIS SENA-
TORI, ET PRAESIDI CAMERAE GRAVISSIMO,
DOMINIS ET PATRONIS SUIS
SUMMIS,

DISSERTATIONEM HANCCE INAUGURALEM
DAT, DICAT, CONSECRAT

CHRISTIANVS MÖLLENHOFF.

Diū

VIRI
EXCELLENTISSIMI,
SUMME
REVERENDE, CONSULTIS-
SIME, PRUDENTISSIME,
DOMINI & PATRONI
SUMMI,

Du haectenus multumque
cum animo agitaui, quid-
nam vobis, Patroni Grauisfimi,
pro tot ac tantis in me immeren-
tem collatis beneficiis retribuam,
& qua gratitudinis tessera, inde-
fessam vestram in me adiuuando
operam compensem; defecit au-
tem occasio. Hactamen iam poti-
tus, has qualescunque inaugura-
lis meae Dissertationis pagellas in-
clytis Vestris Nominibus deuotif

sime dicare fas duxi, in publicum
vestrae beneuolentiae monumen-
tum; spe certissima fretus, fore,
vt pro egregia humanitate, qua
maxime inter eruditos fulgetis,
eas gratiose suscipere, aususque
meos æquibonique consulere di-
gnaturi sitis. Ego nunquam de-
sinam, quam diu vester ero, ero
autem ad cineres vsque, & ve-
stri nominis splendori & fami-
liarum vtilitati litare, Deum
precans, vt vos in Academia, Ec-
clesia atque Patria, vestrorum-
que commodum diutissime inco-
lumes & felices conseruet.

Dabam Ienæ die VI. Nou. M DCC XVI.

Præ-



I. N. I.

PRAEFAMEN.



Legans & notabile est effatum Hippocratis libro de humoribus c. 1. Το χρώμα τῶν χυμῶν, Color (similis in corpore) est humoribus: seu qualis color, tales succi, & vice versa, quales succi, talis color. Idque verum est non solum in statu naturali; verum etiam in præternaturali, & ipsomet medio, seu neutro.

Cumque duo sint fundamentales succi, seu fluida, sanguis & serum, sine dubio hi ipsi foenerant corpori, & eius potissimum speculo, faciei, colorem, ut qualis sanguis, talis sit eiusdem color.

Ut vero quandoque fallax est color, & instar pomi suaue rubet sæpe vultus, intus tamen verme eroditur, quem inibi alit: ita male potius habent, qui minus iam colorem sanum præ se ferunt.

Hinc idem addit cap. 2. σκεπέα ταῦτα, spectanda & consideranda hæc, inprimis inter alia χρώματος μεταβολή, vel ἀπαλλαξίς, coloris mutatio, non solum in toto, sed & partibus his vel illis, idque in variis morborum generibus.

A 3

Scor.

Seorsim apud Medicos peculiarem symptomatum classē constituunt qualitates mutatae, sensiles illae, quae sensus incurrunt, & inter has ὁραταὶ διαθήσεις, *qualitates visibiles*, quae ad se nos iam vocant.

Iudicatur communiter *icterus* inter communiores morbos, & velut exhaustae notitiae: si tamen fateri volumus, quod res est, meretur expendi ulterius, & curiose magis; quod ut magis pateat, non vno sed tribus exemplis proponere liceat, quam historiam coniunctim hinc resolutione consultatoria exhibebimus, quod ut feliciter eueniat, aeternum inuocamus Numen!

Historia I.

Vir vrbis primarius LXIV. annorum, temperamenti sanguineo-cholerici, sanguine ita abundans, ut bis adhuc dum in anno venae sectione egeat, a pluribus annis sentit fortius ebullitiones, & aestum sanguinis saepius.

A quatuor vero annis, seorsim saepius corripitur horrore, subsequo calore, facto hoc, post aliquot horas vnus & alter interdum vomitus comparet, vel loco hujus diarrhoea sequitur. Post octo, decem vel duodecim horas, totum corpus fit croceum, & vrina ignea fusca (*Braunroth*/) cum copioso sedimento rubro, caput & corpus occupatur, ut decumbere cogatur, vires magis vacillent, & appetitus plane sit deiectus, ad secundum vsque diem vel ultra, vbi pleraque hinc successiue cessant, & edere ac bibere iterum ordinarie sensim occipit.

Color vero ictericus, seu croceus, maxime in albo oculorum, more solito, haecenus conspicuus, cum dolore capitis & calore, ad diem tertium, quartum, quintum, vel
pau-

paulo ultra durat, & hinc sensim iterum decrefcit & ceffat, etiam quandoque fine medicamentis, aliud refpondet, nullo colore vel tumore in hypochondriis comparente, nec vigiliis vrgentibus. Frufta hactenus vſus medicamentis, quia repetat ſerius ocuus quandoque. Petit Confilium.

Historia II.

Illuſtriſſimus quidam Comes, XX. annorum, poſtquam tempore æſtuo, motu equeſtri, calore ſirii vrentis gaviſus, vno alteroque die eſſet vſus, vini potui indulgens, licet non æque largiori, & data occasione ſaccharatorum eſu, & hæc cum paſtu delectatus, præuia laſſitudine a prandio ſurgens, circa horas pomeridianas horret, ſitit, dolet caput, corripitur circa veſperam calore notabili. Nocte inquieta prægreſſa mane ſurgens aduertit vrinam ſaturatius tinctam, vt lintheum, ipſumque induſium inficiat quaſi croceo colore.

Idem confirmat faciei color, albugineo humore in oculis in croceum mutato. Perſtat calor & laſſitudo totius corporis, aduocatum Medicum territus & triſtatus ſolicite precatur, vt curam ſui habeat maiorem, neque id negligat, idem in ſua familia obſeruatum, imo aliquando lethali euentu obſignatum fuiſſe. Datis bezoardicis, & temperatioribus tractatus alterantibus, feliciter euadit.

Historia III.

Foemina generoſa LI. annorum, eodem pacto aliquoties ictero calido laborauit, v. g. MDCCXIV. die XIII. Febr. cum menſibus, alias inordinatis, & febrī ſpuria, horrore primum correpta, hinc calore, laſſitudine, cum dolore dor-

ſi,

6, & reliquis. Die X Martii a mellis usu iterum iterum reportavit. Die XXX. repetit iterum cum vomitu acido, imo iterum mense Majo, mense Junio liberata, sub finem semper pruritu molesto vexata.

RESOLVTIO.

Qui bene distinguit, vulgata est paroemia, bene docet, addemus nos inpraesentiarum, bene cognoscit & curat. Icterus, quo hi recensiti tres aegri laborant, non est vno solo communi nomine appellandus, sed sui generis, quod ut magis clareat, utemur gemino alio, hodie non ignoto, exemplo, scorbuto & colica.

Enimvero qui scorbutus olim vnice fere erat notus, quem hodie frigidum magis iam vocamus, longe alius est, quam calidus. Illi enim opponebantur olim, antiscorbutica, specifica *κατ' ἐξοχήν* tunc dicta, sale volatili, olim aequae incognito, imo a nonnullis negato, & quasi pro non ente habito, foeta & abunde praedita. Talis erat *coclearia*, *lepidium*, *nasturtium Indicum*, *bybernum*, & alia eius generis, *eruca* item, *sinapi*, *sedum minus*, *piper* ipsum, & reliqua.

Ast cum non pauci pro scorbuto, & recte quidem laborantes habiti, ab horum usu male haberent, imo non tolli aequae sed exasperari symptomata animaduertentur, sane coacti fuere experientia naturae consulti Medici, mutare medicamenta, a iuuantibus & nocentibus non respondentibus.

Atque hinc cum alia re, aliud nomen nuncupari coepit, & sic duplex scorbutus apud medicos, & hinc apud plebeios paulo post innouit, iam hodie frigidus, & calidus.

Non aliter ac grossiori paulo modo, idem de febribus praedicari ab experientia coepit, aliis frigidis magis, seu intermittentibus potius, aliis calidis seu continuis, & sic re-

uera

vera diuersis, & hinc euentu quoque distinctis habitis ac iudicatis.

Vt magis res pateat, idem circa colicæ pathologiam emicuit quoque. Sicuti enim a causa frigida colica magis vulgaris nota est, ab errore externo v. g. & facilius curabili, flatibus frigidis, feculentis, acido; ita colica biliosa, calida, vicissim alius commatis est, & ab illa diuersa.

Quamobrem idem de ictero etiam fas inuentum fuit prædicari. Videas hinc toto die occurrere obuios ictero laborantes, vix aduertentes eundem, nisi speculum intueantur, vel ab aliis id resciscant, sæpe solo colore id aduertente, vix alio indice symptomate.

Hinc solo discrimine fere communiter innotuit, vix alio, quam flauis & nigri notione; illius leuioris paulo, & magis transitorii, vel saltem minus periculosi; huius fixioris, acidi vel austeri accessione. Adde & non sine discrimine visceris diuersi, siquidem flauus hepatis magis insidere & familiaris esse receptus est, & statuminatus, vel attributus, niger spleni.

Eodem titulo icterus communiter magis chronicis seu diutinis morbis adnumeratus legitur, acutis vero minus. Videas tamen paulo aliter eundem, licet paulo rarius, visi se habere. *Difficile itaq; inquit Aræteus lib. 1. diut. c. 15. in acutis malum est, quia non solum ante septimum apparet, sed etiam post septimum pugnis extat, infinitos necauit.*

Vt id omni exceptione magis declarari queat, duobus potissimum modis idem probari posse integrum est. Ex Sacris inter reliquas ob peccata plagas promulgatas populo Israelitico etiam non minima est *aurigo*, seu *ICTERYS*, Deut. 28. v. 22. Sane non vulgaris frigidus, sed calidus omnino, κατ' ἐξοχήν, & acuti malique moris intelligendus.

B

Et

Et hunc ipsam *obus* quoque, instar omnium, vulgo non lectus, sed communiter neglectus, neutiquam omisit, sed omnino diligenter annotavit. Ita scorsim *l. de intern. affect. c. 38.* proponit Icteros quatuor, qui singuli considerari merentur, & præcipue inter hos primus, æstate maxime corripiens, *χολῆς κινήσεως, bile commota καὶ πύρος καὶ πυρετός ἐπιλαμβάνει, Ἐὶ rigor ac febris corripit, & moritur, addit, inter quatuordecim dies.* Reliquæ etiam species attendi possunt, quarum ultima leuior apparet reliquis. Sed pro seculi more curatio hodierno a more magis abit. Sufficiat, differre omnino, & febrium morem modificare totum morbum.

Hæc licet pluribus possimus illustrare aliis huc spectantibus, id unicum tamen solum hic laudabimus, quod *Plinius l. 30. N. H. c. 11.* morbum regium icterum ab aue cognomine dici scribat, quæ si spectetur, sanari id malum tradat, & auem mori, quam galgulum vocent. Item, quod v. g. Icterus in febribus partim quasi criticus esse soleat, partim symptomaticus, adeoque vltterioris considerationis, & ambitus, mixtus & combinatus aliquando cum tertiana, vel alia intermittente, aliquando accidentarius etiam continuæ, pro nostro tamen scopo satis sit, saltim iam relato intuitu tractare & nominare icterum calidum, vel biliosum febrilem.

Adesse hunc probant *essentialiter inærentia*, ictero & febrili communia, *Hippocrati* ipsi memorata, quæ sua natura duplici hac facie icteri appellationem sibi necessario assignari exposcunt, non aliam. Perinde vero nobis erit, an spuriam simul indigitare velimus, magis tamen continuæ hoc loco quadrantem & congruam, quam Icterum solum, vel sine febre existentem.

Con-

Confirmant idem *ESSENTIALITER CONSEQUENTIA*, symptomata alia competentia communia, partim ex ipsius *COR* descriptione laudatis locis, partim ex ipsis allatis nostris, & ἀπὸ τῆ κοινῆ supplenda. Talia fuerint sitis, dolor capitis, anxietas & alia itidem praesentia, vel iungenda.

Nec abluunt *CAUSAE* antegressae, consimiliter iungenda, motus corporis & animi, ebrietas, tempus anni aestiuum, & similia in causis repetenda.

Testimonium conforme praebet *ANALOGISMUS*, seu fons similitudinis, ex quo etiam hoc loco icterus omnino iudicandus. Ex dictis enim ad alterutrum statum reducendus est noster casus. Qualem itaque in examine hoc inuenimus, talem merito iudicamus, icterum nempe calidum, febrilem, secundi generis. Q. E. D.

SUBIECTUM PRINCIPALE assignandum itidem est pro modulo affectus, ratione febris quidem, tanquam morbi intemperiei, *COR*, causae communis vero & *HEPAR*, colatorium bilis; seu alio paulo sensu *ADEQUATVM*, vniuersi corporis habitus, diffusa in eiusdem habitum cutis tinctura biliosa, maxime in oculorum tunica albuginea. Adeoque duplex in respectu ad morbum & symptoma, quae bene inuicem quadrare queant & in vnum τὸ δὲ τὸ conspirare.

Et hepar quidem, vna cum folliculo felleo per essentiam magis, cor vero per consensum magis affectum statui potest optime, facta κοινῶν COMMUNIONE per vasa partim biliaria, partim sanguinea venosa & arteriosa, utroque circulo inter se communicante, toti cum partibus omnibus immissa & participante bile. Nec opus est peculiare vas concipere, bilem ad cor eiusque ventriculos inferens, praeter communia circulum absoluentia, quae iam dum videntur sufficere; vt itidem

dem icteri huius calidi ratio, vestigia & manuductionem divini *Senis* sequentibus, eruta patere queat.

Enimvero *CAUSA IMMEDIATA* vix melius assignari meretur, quam humoris biliosi, seu bilis excrementitiæ per cutem & sub cutem in habitum & caput diffusio. Cum enim per naturalem exeundi modum in hepar resultet, & huius ambitu per venam portæ partim in vesiculam felleam, partim in vasa venosa, partim in poros insensiles, & hinc in intestina didatur, deviatio quædam p. n. si contingat *ἰσάται ἢ χολῆς bilis*, verbis *Coi*, consistat, & *σάσι* sic concipiat, sub cute & sursum in capite, statim corpus in alium colorem mutat, *ἀλλοχρῶσει τὸ σῶμα*, & fit ochreum, instar malicorii.

CAUSA MEDIATA PROXIMIOR itaque præsto est humorosa materialis hæc, dicta *χολῆ κινήσει*, *bilis commota* elegantissime dicta. Hæc ut melius concipi possit, laudandi sunt modi humorum morbificorum peccantium, quantitate, qualitate, & motu, receptissime apud medicos laudati.

Quotiescunque nempe bilis peccat *quantitate* maiori genita, & e suis causis vberius producta, ut abundet, sortitur occasionem, inde enim restagnat, & ad *σάσι* magis disponitur, non sufficienter loculis debitis depleta. Peccat *qualitate*, intensiori gradu, & inverso ordine, ad calorem hinc magis inferendum, in intemperiem hoc loco calidam apta; & sic etiam, quod pondus maximum addit, peccat *motu*, generationis & locali.

Quis nescit hinc, obstructionem icterum potissimum inferre; adde & intemperiem hepatis, communiter quidem alias frigidam, viscidam, consistentem austeram bilem, minus ad motum aptam, non raro vero etiam, ut hoc loco, calidam magis, ad motum intestinum fermentificantem

volatiliorem magis, ad intemperiem calidam, febrim vno verbo comitatam, quod innuere volebat *Cons*, & effectus hinc testatur consequens, non parum conferente vna lymph.

Idque extra locum affectum vterius contigit vitio totius massæ sanguineæ, tum a plethora, tum a cacochymia. Sane quamplurimum contulit vtrumque in historia relatam, in vna quidem plethora, expresse enim id meminit ipse æger, adeo plethoricus, vt & sanguinis missione subinde opus habeat, etiam prouecta satis ætate; in altera cacochymia, biliosa hinc dicta, non abnuente lymph, diluente paulo

Vtrumque statum illustrent principia chimica, & ex his fermentationis febrilis, hanc enim nullo alio modo melius explicare possumus & concipere, quam clauæ hæc genuina, salis, sulphuris & mercurii. Enimuero exhibet illum motum intestinum & producit resolutio sulphuris successiua, ab acido & alcalico sale sensim sensimque illud aggrediente, indeque intemperiem calidam morbosam inferente, id est actiones lædente magis vel minus.

Facit huc in loco affecto partim facultas læsa, a statu tali morbofo, successiue inducto, partim vero ab errore externo, non vno sæpe neglectu magis ingrauescente, quorsum hinc causæ mediatae reliquæ suum symbolum contulerunt. Ex CAUSIS NATURALIBUS TEMPERAMENTUM calidum & siccum, tum totius massæ sanguineæ, tum huius vel illius certæ partis, vt ventriculi & hepatis imprimis, nonnunquam & renum, & lienis ipsius quoque.

Imo & intestinorum & infimi totius ventris symboli-

smus concurrit. Hinc non mirandum est, memorari apud

Hippocratem quoque ileum *ιντερωδην*, voluulum, quo nomine & colica comprehendebatur olim, *ictericum*. Quid aliud hoc notat, quam ipsam quoque causam vaporosam concurrere solere, quandoquidem in glandulis, valuulis & ductibus intestinalibus, si motus humorum non procedat, non debita fiat secretio, æqualis pressio & dispressio, sed inordinatio, inde & doloribus & obstructionibus panditur via, fermentatio consurgit peregrina, donec tandem inter alia & febris hoc loco incendatur, & icterus in cutem redundet.

Mentio hinc vna alteraque in historia fit modo *MOTVS* fortioris, modo *viscosus*, *lacticiniorum*, aliorumque, quæ in dispositis, etiam non semel repetitis vitiis, idem malum reuocant. Idem ab aliis occasionibus similibus subinde incrementa sortitur, nullus quippe magis fermentificus est humor, quam bilis, etiam excretionibus solennibus non debite expeditis.

Atque hinc ratio symptomatum exinde exorientium reddenda venit. *Horror & calor, ad modum febrilem*, notat inæqualitatem, primitus acido concentrante ad panniculum carnosum sensum horrificum inferente, hinc, rarefacto bilioso eminente & dispresso sulphure, calore subsequo.

Corpus in alium colorem mutatur, flauum & croceum, tinctura subeunte non canalem debitum intestinorum ex sanguine, sed in sanguinem, & per poros suos in cutem, vnde & oculi alienum illud ochreum ostendunt, non priorem eandem, ob eundem hospitem illuc diffusum nouum.

Vrina colore croceo tingitur, lintheamina albida manifeste tingens, quod alias non facit. Cum enim scybalis alui alias tincturam suam sceneret bilis, loco illorum vrinam hoc casu saturatius tingit.

Ster.

Stercus contra en albicat, vel *Coi* verbo *ώχρολευκος*, ex *luteo-pallid*, manifesto indicio obstructionis ductus chole-
dochi, cum foetore diuerso, seu non vnius modi.

Sedimentum crassum in vrina subsidet *ύποχρον*, *subpalli-*
dum, seu *fuscum potius*, *terreum copiosum*, per mechanicam
æmulans quasi arcani tartari vltimum subsidens, largius il-
lud, & *amurcæ renum succenturiatorum vestigia* exprimens.

Dolor capitis vna adest, ob solutionem continui, in me-
ningibus cerebri se exerentem inæqualitate biliosa, quamuis
non æque acuta & vehementi.

Vomitus, vel loco illius *diarrhœa bis interpolatur*, argu-
mento abiisse in suum motum fermentificum irregularem
bilem, modo *άνω*, modo *κάτω*, pro fixitate vel volatilitate
paulo acriori eiusdem. Ipsum *acidum διάκρισι* passum, hunc
vomitum comitatur nonnunquam, quod prius etiam obstru-
ctioni obstetricabatur, ipsius cruditatis acido biliosæ foetus.

Pruritus efflorescentiæ salinæ, cum bile effusæ in habi-
tum corporis, & exhalando in minimas atomos titillantis
testis est.

Typum modo breuiorem, modo paulo longiorem exhibet,
reuertitur tamen sæpius, domestico velut facto magis & ha-
bituato quasi gradu, & congestione.

Hoc ipso vero discrimen vtriusque icteri, frigidi &
calidi, quoque elucescit, & meretur sic concludi in praxi
genuinum magis. Præcipua enim ratio symptomatis est
addenda lethalitas, acuties, malignitas prius, quam ad pro-
gnosin deueniamus.

Potissimum enim momentum, seu *κρίτηριον*, quo icterus
calidus a frigido dignoscitur & discriminatur, largitur lau-
data *PROGNOSIS*. Enimuero ratione *EVENTVS*, seu *SALVTIS*

ET

ET MORTIS, cum quatuor species constituat *Caus*, duplicis generis praesagium facit, duas priores magis lethales pronuncians, tertiam quasi minus talem, vel mediam quasi, quartam vero non lethalem, sed breui sanabilem.

Res eo redit, ut ratio habenda sit praecipue febris, prout fortis est, & magis vel minus impetit archeum. Si magno febris incendio suo vires atterat, lympham incoquatur magis, malignitatem conceperit, & resolutionem inferat, facile pausam vitae inferre potest, seu delirium quoque, seu motibus convulsivis inductis, imo & inflammatione pulmonum, hepatis, cerebri, suffocatione, ne symptomata alia praesentanea, pro modulo aegri, partium coaffectarum, vel bilis praestitae ipsius laudemus.

Enimvero mortem febris status superadditae causat magis, quandoquidem acutorum morborum faciem ictero induit, magis quieta & torpida bile ordinarie habente; vel, si periculosior fuerit, chronicorum ad instar declinante & tardius progrediente longe.

Hinc duplici phaenomeno alio priores duas species designat magis, & definit conspicuas & sic timendas. Priorem quidem *ἀσχη*, *anxietate*, quando quam diu ieiunus est aeger, ad cor & viscera exugitur, & si quis ipsum alloquatur aut interroget, aegre fert, & anxius fit, & non sustinet audire. Hic cum ita habuerit, *inquirit*, maxime moritur in quatuordecim diebus. Hi enim, notanter addit, *κρίνοντες* *ἰνδιδεσκοντες*, an lethalis sit morbus, vel non.

Alterum vero phaenomenon suspectum alteri, imo duo potius, sequenti capite 39. §. 11. assignat, vnum *debilitatem virium*, quando crura labascunt, ac ipsam non sufferunt, etiam promptum ad eundem; alterum, *καὶ διψήσασθα*, & *σφίσις* *vebe-*

vehementer; indicio causæ, seu inflammationis, & incendii maioris. Et hic morbus, *addit*, priori non minus lethalis est, ubi & dol oris meminit, & plerosque etiam cito perire.

TEMPORIS EVENTVS ratione itaque, ipsa febris sua natura longiorem alias icterum hac accessione breuiorem reddere videtur, quatenus motum intestinum promouet, vt exitum inueniat, obstructionem non remoretur, sed facili- tet potius, tam in vasis, quam in poris.

Et sic *MODVM EVENTVS*, partim per *κρίσις* quasi analo- gam, sortietur febris, facta per poros cutis sudatione blanda, per renes amurca tartarea secreta, per intestina succi pan- creatici diluitione; partim *λύσις*, per debita experientia, vtrobique adiuuante robore naturæ, citra timibundæ letha- litatis periculum, a medicamentis adiutæ.

Mentio hoc loco fieri potest etiam *hemorrhoidum*. Vti enim harum eruptio & secessus plurimum & ordinarie fere debetur bili paulo acriori, & devianti ad vias ani, vt hinc ab aloeticis quoque ipsis in vsum vocatis; ita visæ sunt hæ- morrhoides eadem, ictero etiam calido superuenientes, bo- næ, facta depletione concinna. Idem & de *mensibus* valet.

Ad mortem vero si tendat, more aliis febribus, con- tinuis scilicet, communi finitur icterus & calidus; acces- sorium enim, quod dici solet, sequitur suum principale, in- primis si inflammatio, seu phrenitis, seu hepatitis accesserit. Par ratio est malignitatis alius, seu sibi relictæ, seu morsui venenato debitæ, vel veneno occulto, qui & lento mara- smo, vel hæctica maligna scirrhoque finiri potest. Plura huc facientia elegantissima legi merentur apud *Duretum Com- ment. in Coacas Hippocr.* passim.

Concludimus hæc, icterum febrem finientem bo-

C

num

num esse, utpote criticum, alias vero insidiosum, & non raro lethalem, tertio modo medium.

Quamobrem *CURATIONEM* aggrediemur, ope divina nixi, *METHODO MEDENDI* per *INDICATIONES* consuetas, curatoriam, præservatoriam, & vitalem.

CURATORIA iubet partim alterare intemperiem calidam febrilem, in massa sanguinea accensam, & extinguere; partim obstructionem localem, ut duo viscera præcipua, cor & hepar, integritati suæ restituantur, & actionibus, circulo, & separationi debitæ vacare queant.

PRÆSERVATORIA causis remouendis inuigilat, cacochymiam biliosam, fountem utrumque malum, expurgando, disiciendo, annihilando, & deprimendo.

VITALIS robori & tono viscerum restaurando, nitorem vna renouando, sordes eliminando, satisfacere reliquis officiis fatiget.

MATERIÆ vero *PRÆSIDIORUM* ex fontibus vsitatis, Chirurgico, Pharmaceutico, & Dietetico abunde depromi gestiunt. In singulis manu ductio etiam suppetet ex *Hippocrate*, saltem pro seculi quoque sui antiquo modulo.

Vt ordine consueto loculos hosce medicos lustremus: Ex *FONTE CHIRURGICO* operæ pretium est disquirere, an in ictero hoc calido locum & usum habeat *Vena sectio*. Nam de hac solum in præsentiarum nostrum est, esse sollicitos.

Si *Comitum* audiamus, in epidemio, tertio ipsi dicto, ictero (quod omni tempore corripiat,) a repletionem ac ebrietate, rigore & febris debiliore, & in capite dolore, morbo minus prioribus lethali, in cubito venam secare iubet & sanguinem extrahere *c. 40. t. 12. Rbasēs* etiam morbo regio, si febris affuerit, si æger sanguine plenus, multo tempore venam non secue-

secue-

secuerit, vena axillari dextra pertusa sanguinem detrahere expedire scribit, *l. 9. de re medica c. 68.*

Sicuti vero extra paroxysmum, & indicatione præseruatoria, venæ sectio in ictero omnino necessaria & longe optima est; ita ictero calido in se, vt tali, nisi quid singulariter vrgeat, vix applicari meretur, quin potius contraindicat, siquidem humor a sanguine est plane diuersus.

Quod vero indirecte faciei colorem attinet reuocandum, minus opus fuerit venas sublinguales reserare, vel saltem eo casu tutius fuerit eo nomine admittere euacuationem tantillam. Idem ad inflammationem laudatam alterutram mitius admittere præsens status videbitur.

Quod si longius paulo insederit cutaceis poris restituta citrinitas, iudicio præsentis Medici committi poterit facile vsus *CUCURBITULARUM SCARIFICATARUM*, itidem tamen magis secundario.

Ex *PHARMACEVTICO* fonte faciunt similiter huc symbolica, vtrique coniuncto affectui, feбри & ictero, obstructioni, acrimoniæ, fermentationi remedia, viis, humoribus, leniendis, præparandis, euacuandis, aperiendis debita.

Præcipua vt ex his seligenda quædam nominemus, faciunt huc *tamarindinata, aloetica, rhabarbarina, acidula, amaricantia*; Radices *acetose, cichorii, endiuie, taraxaci, violaria, semina frigida mai. excorticata, fructus berberum, cerasa acida*; Aqua *acetose, acetoselle, cichorii, endiuie, cerasorum nigror. Tinctura florum bellidis, rosarum, violarum, papau. rhæados, decoctum hordei. &c.*

℞. anim. rhabarbari, tinctura ℥ii a. ℥ij M.

℞. pulpa tamarindor. cass. a. ℥ij.

rhabarb. el. ℥i. ☿ riresol. ℥℞. sacch. par. M. F. bolus.

C 2

℞. NP.

℞. M^o. aloeph. ♀ earum per ferment.

extract. rhabarb. a. ℥℞. F. l. a. Pil. n. XV.

consperg. sem. lycop. D. in scat. S. Lind. Pissen.

℞. rad. cicbor. alb. a. ℥℞.

herb. s. emoll. fl. chamomil a. m℞.

mechoac. fol. senne el. a. ℥ij. caric. pingu. no. IV.

sem. fœni gr. ℥iv. Coq. in s. q. ∇ s. ℞. colatur. ℔i.

electuar. lenitiu. ol. rutacei a. ℥v. Ori diati ℥j.

vitell. ouor. no. I. M. F. l. a. Clyster. D. c. pertinent.

Bilem hinc copiosam & acriorem mobilem nimis temperant & alterant, (1.) *APERIENTIA*, quatenus & abstergunt, & abstergendo ad exitum disponunt eandem. Unde hæc ipsa inter refrigerantia hepatis intemperiem calidam referuntur, ut rad. trifol. fibrin. gram. cicb. fœnic. petrosel. s. aper. Herb. agerati, calamentb. endiu. cuscut. hepat. nobil. fumar. spicantb. summit. & fl. fumar. cent. min. hepat. nobil. cicb. bellid. (2.) *PURGANTIA*, inprimis cholagoga. Omnia enim purgantia eo potissimum gaudent agendi modo, ut bilis acrimoniam cum lymphâ sufficienti ex aluo educant.

℞. ∇ cicbor. fragor. acac. acetos. a. ℥℞.

mechoac. alb. ℥j. rhabarb. el. ℥ij. stent infus. per noct.

Mane ebulliant & exprimat. Col. add.

sirup. de cicb. c. rhab. ℥vj. M. F. potio.

℞. Rad. cicb. petrosel. trifol. fibrin. gram. a. ℥ij.

Herb. agerat. fumar. hepat. nobil.

veronic. frag. cusc. a. m℞.

Fl. acac. pii. schœnantb. cortic. cappar.

caff. carzopb. cost. ver. a. ℥j. fol. senn. s. st. ℥℞.

Coq.

Coq. in f. q. ▽ f. Colat. ℞j. add.
sirup. de cicb. e. rhab. ʒvj. M.

Ipsa hæc vniversalia commendat & in vsum trahit
Hippocrates, nec *cap. 38. & 39.* ipsum helleborum veretur
 propinare. Et sane vix commodior modus est bilem eua-
 cuandi, quam per *PURGANTIA*, maxime congruus naturæ,
 ipsiusque ductui, quin mechanica hæc per bilis & succi pancrea-
 tici concursum optime purgantium illustrari potest operatio.

℞. *rhabarb. electi, mechoac. a. ʒj.*

℞. *ri resol. ʒ nat. a. gr. vi. ol. citr. gt. j. M. F. pulu.*

℞. *pulu. laxat. veget. gr. XXIV. ʒis abs. cicbor. a. gr. IV.*

ʒii *diaph. gr. iii. ol. bez. gt. i. M. F. pulu.*

Imo nec *VOMITORIA* abnuit diuinus *senex*. Cum enim
 bilis cum febris magis sit in motu, & versus τὰ ἄνω quoque
 non difficulter ferri possit inclinatione, modo singulari vo-
 mitum a cibo facere seu mouere iubet. Ita enim, quod experi-
 entia testatur, minori cum difficultate id peragi & præstari solet.

Et sane si mature id peragatur, in principio statim
 morbi, breui manu maturius licet contraire malo, vt contra
 ea, ipso vnice laudato *Coo* teste, si non ab initio probe fue-
 rit hic morbus curatus, χρόνῳ καὶ χαλεπῆ, recte *diuturnus &*
gravis proclamatur, saltim facile reuersurus.

Potissimas partes curationis absoluunt *DIAPHORETICA*
 & *SVDORIFERA*, siue febrim respiciamus, seu icterum, adeo-
 que indicationes duplices & complicatas. Vtraque enim
 apprime debentur iisdem, centraliter massam sanguineam,
 eiusque fontem cor, & motum intestinum fermentificum
 corrigunt, & in ordinem ac circulum suum redigunt hæc
 ipsa, caloremque præternaturalem refrenant, & fermentum

eum peregrinum disiciunt, optima febrium omnium remedia. Vna vero hospitem peregrinum, bilem exorbitantem ex massa vitali ad ambitum totum, seu circumferentiam ex vasis & poris exturbant, vnaque saponaria virtute abstergunt & dissipant.

Eaque omnis generis, in principio magis volatilia, seu media saltem, eaque generosa, malignitati simul, si quæ adsit, vel timenda saltem insidiosè, debita, non minus ac venoso morsui vel characteri alii, prout morbi arbiter Medicus id conuenire iudicauerit. Sub finem, imo decursum omnem, fixis etiam interpolatis laus sua debetur.

Proderunt hanc in rem *tinctura bezoardica essentialis, mixtura simplex, sola miscela nota, & destillatione mediante dulcificata, liquor C.C. succinatus, tinctura bezoardica Michaelis camphorata*, penetrans vniuersum corpus & diffians, *diascordium Fracastorii, puluis item bezoardicus variorum, Sennerti, Vedelianus, lapis de Goa, antimonium diaphoreticum bezoardicum minerale, martiale, antimonium martiale cachecticum*, pro diuitibus quoque *solare ipsum, lapis bezoar, & alia ex suis loculis.*

R̄. *Tinct. bezoard. essentialis. ʒjʒ.*

essent. scordii, card. bened. a. ʒjʒ. anodyn. ʒʒ.

mixt. simpl. ʒj. M. D. in vitro.

R̄. *Pulu. bezoard. lap. de Goa a. ʒj.*

arcan. duplic. cinnab. nat. a. ʒʒ.

campb. gr. iv. tberiac. coel. gr. v. M F puluis.

R̄. *card. bened. cuscut. a. ʒj. mixt. simpl. dulcif. ʒʒ.*

ʒii diaph. C.C. phil. a. ʒʒ. M. F. haustus. D. in vitro.

Nec *DIHRETICIS* sua laus est deneganda, partim ad defecandam amurcam tartaream biliosam, in vrina se exerentem

tem

tem & conspicuam, quam subinde & quotidie quasi immi-
nui conspicerem integrum est, in vitro vrinali, ex acidis, ni-
trofis, mediis, salibus lege methodi medendi apparandis,
quæ cum alterantibus & confortantibus bonam partem co-
incidunt ac congruunt.

Si Hippocratem & circa hæc consulamus & sequamur,
& horum usum profecutum manifesto deprehendimus;
imo ipsas *cantbarides*, sine alis & capite, quatuor tritas, imo
& repetitas exhibuisse. Hoc quamvis hodie minus fre-
quentemus, methodum tamen sequi licet, siquidem bilem
per vias urinarias commode extrorsum deriuare licet.

Rx. Pulu. de chel. cancr. comp. ℥iv.

bezoard. iouial. arcani dupl. a. ℥ij.

bals. de Mecha ℥℔. M. F. puluis. D. in Charta.

Rx. sem. 4. frigid. mat. exc. a. ℥j. card. bened. ℥ij.

aqua scord. card. bened. ceras. nigr. cuscut. a. ℥℔.

M. F. l. a. Emulsio. Colat. add. ℥ii diaph. magist. oc. 69. a. ℥j.

edulc. iulep. ros. parum. D. in fictili.

Rx. Tinctura flor. bellid. viol. a. ℥ij. clyff. ℥ii Quat. ℥j.

M. D. in vitro. S. *Usterirende Leber-Tinctur*, qua de in-
potum sufficientes guttæ instillari queunt, pro caloris
& sitis moderatione.

Faciunt huc & *ACIDULÆ*, non solum ad sedandam si-
tim in paroxysmo, mitiores & delicatesiores, sed & tempe-
randi ergo mensibus solennibus, quando more suo recur-
rit, ad reserandas obstructions hepatis & vesiculæ felleæ, al-
terandæ totius corporis intemperiei ergo, quod & in ictero
frigido suum usum habet.

Colophonem addunt & complementum *ALTERAN-*
TIA,

TIA, aperientia, confortantia, hepatica, tonica, ictero seorsim in abstracto quasi appropriata, interna & externa, quæ discreta, pro temporis & indicationum modulo dirigenda, recte procedere & impendi debent, citra vllum errorem. Præter febrim enim ictero omnino reliquis prospiciendum.

Testimonium huius curationis præbet in Indiis *Iac. Bonnius lib. de Medicina Indor. c. 15.* vbi sæpe illic ita momentaneum esse scribit icterum, vt intra paucissimos dies oriatur & occidat, quod duobus amicissimis suis viris accidit, qui aliquoties exhibito pharmaco sudatorio & cordialibus intra breue temporis spatium curati sunt.

Reliquum ergo debetur ipsi laudato ictero, qui vt diuturnior est, ob obstructionem validiorem, maiorem in cura diligentiam & aduocationem seu moram requirit, quam in rem formulas exercitii gratia sequentes consignabimus.

Rx. specier. cordial. temp. diatr. sandal. sapph. occid. ppt. ℥ii Zial. cach. rad. curcum. a. ℥ij. M. F. l. a Pulv. D. in Chart. Dos. ℥j. ad ʒß.

Rx. pulv. cachect. Querc. ebor. s. Δ ppt. ℥ii diapb. cinnab. nat. Hung. a. ℥j. bals. de Mecb. ʒß. ol. cinnam. gt. iii. M. l. a. Pulvis.

Rx. pulv. stomach. Birckm. de cbel. cancr. a. ℥ij. croc. ʒ aperie. antibect. Pater. a. ʒß. cinnab. nat. cubeb. a. ℥j. ol. citr. ver. gt. iii. M. F. pulvis.

Rx. rad. ʒ aperient. cichor. a. ʒij. herb. cuscut. hepat. nobil. capill. Ven. fragar. fl. calend. hyperic. bellid. a. mß. limat.

limat. *Stis fin. cryst.* ꝑri a ʒij.

ſchoenantb. anif. ſtella. a. ʒij *croc.* ʒß.

Conc. cont. D. in ſiad. rubr. pro infuſo.

ꝑ. *Rad. apii, trifol. fibrin. curcum.* a ʒß.

herb. epith. cochlear. ſummit. abſ. fl. centaur. min. fumar. a mß.

lign. colubr. ver. rhabarb. el. a. ʒij.

coſt. ver. cortic. cappar. a. ʒj. *croc.* ʒij. M.

ꝑ. *Tinct. Stis belleborat. arcan.* ꝑri,

ſpir. aperit. Penor. a. ʒj. M. D. in vitro.

ꝑ. *effent. Oli Stis Ludou.* ʒß. D. in vitro.

ꝑ. *Tinct. Stis Zvvelſ. summit. abiet.* a. ʒij. M.

ꝑ. *Tinct. corall. eff. Stis ꝑiſat.* a. ʒij.

ol. citr. ver. gt. iij. M. D. in vitro.

ꝑ. *elix. propriet. antiſcorb. tinct. bez. effent.* a. ʒj.

eff. carminat ʒß. *ol. citr. gt.* ii. M. D. in vitr.

Docoſtum cuſcuta cum aqua propria, (vt & hanc per ſe) egregie commendat in ictero graui *Crato conf. 338.* vel cum abſinthio pontico, vel agrimonia, imo nil prohibet iunctis his ſingulis factum.

Inter refrigerantia iis in caſibus operæ pretium eſt meminiffe *Bontium l. c. c. 7.* ſumma cum laude *pomorum amoris*, quæ hodie apud nos ad ſolana *Baubinus* refert, ipſe ad mandragoræ ſpecies. In pueritia nouimus inſontes comediffe eadem cum ſaccharo: quamuis vero uſu non recepta commendare adhuc nondum ſuſtineamus, ſatis tamen ſit, coctione & conditura inſalubria, & melones ipſos, reddi meliora.

D

Eſt,

Est, vbi & *EXTERNIS* præfidiis in hoc ictero locus est, quandoquidem si non ordinariè, aliquando tamen & singularis prouidentia ergo Topica & hic proficiunt. Ratio enim habenda est viscerum subiacentium, & particularis hypochondrii dextri, & totius corporis habitus reliqui.

Faciunt huc, pro re nata, & indicantium phænomenorum modulo, vnguenta & emplastra, seu tumor emineat in dextro hypochondrio, seu tensio saltim & dolor, seu ipsi etiam flatus concurrant. Vtut enim *Cons* non meminerit, an de ictero calido, vel frigido loquatur *s. apb. 72.* quando eo laborantes non admodum flatulentos pronunciat; videtur tamen de priori magis id sentire, quippe qui de rarefactione magis participat.

Hinc fecerint huc litus ex oleis emollientibus & discutientibus, emplastra alterantia & roborantia.

Rx. vnguent. dialtb. ol. cappar. a. ʒij. ol. pareg. ʒj. M. F. l. a. vnguentum.

Rx. Cerat. sandalin. ʒj. malaxetur oleo plantag. vel. byosc. a. q. s. Fiat l. a. empl. induc. super alutam, & obduc. sindone rubra. S. in Charta. Eusserlich alterir- und Leber, Pflaster.

Mentio etiam fieri potest, quod tinca icteri sit quasi magnes, si viva applicetur seu vmbilico, seu hypochondrio, seu plantis pedum. Hoc vt in ictero communi, vbi ægri magis sunt *αἰσθητικῶν*, & vbi mucilage intrinseca ac vir-
tute

tute emolliendi poros laxare potest, vt aurigo expiret facilius, & cum tinca communicetur, in vsum commode & tuto trahitur; ita in calido cum febris consultius videtur abstineri, ne frigida & humida atomi repellendi vim in corpus deriuent.

Non item *BALNEA*, etiam calida, locum inueniunt, vt nec in febribus ipsis, sed loco horum camphora consultius appenditur collo, ad poros laxandos, & in motum citandum humorem, & transpirandum, tum hæc, tum sacculi ex abrotono cum camphora, etiam ad odorandum & discutendum applicari queunt.

Colophonem addit *DIÆTA* conformis morbo vtrique combinato, febris & obstructioni. In *VITALI AER* cordi haberi debet temperatus, calidus tamen potius, quam frigidus, qui poros obstruit & constipat, vnde peior status timendus merito.

In *NATURALI CIBUS & POTUS* ita regulandus, ne aña detur noxæ vltiori. Valet enim hic quoque regula Hippocratica: corpora impura quo magis nutriueris, eo magis læseris. Vitentur salita nimis, crassa, viscida, infumata, muriata, ipsaque aromata, piperata, calidiora. Non sufficit vero *Celsi* regula l. 3. c. 24. si febris est, cum victus genere discutere oportet. Iuscula auenacea, ex graminæ mannæ, cremore hordei, alica, & iuscula alia, & condimenta innoxia, vt cappares, succus citri, oliuæ carnosæ, obstructionibus bilis & alui reserandis fauentes, & similia innoxia.

Vinum, nisi æstus febrilis sit grandior & feruidior, modice, vel in iusculis, vel parciori potu indulgeri prouide
&

& pro refectione potest, ut & cereuisia non nimis calida, vel
 picata nimis vasis reposita. Potus concedendus sufficiens, non
 nimis frigidus, sed egelidus potius. Febri *QUIES* conuenit, minus
MOTVS, nisi leuior, pro virium & aeris modulo, ut transpirationi
 faueat quoque curandæ. *SOMNIUS*, & *VIGILIE* sint mo-
 deratæ. *EXCRETA* & *RETENTA* respondeant suis elementis,
 assumtis & colatoriis, ut *ANIMI PATHEMATA* quoque & re-
 liqua, maxime vero biliosis vsibus, cribris & fermentis, ut
 omnia reuocentur in suum ordinem, circulum, sphæ-
 ram, & regimen archæi com-
 mune.

SOLI DEO GLORIA.

NOMINA sæpe placent, sed res peracerba notatur
 sæpius, ut belli notio clara docet.

Auro quid melius? quid regis nomine summo?

Aurigo & morbus regius ipse necat.

Si rex in morbis dicendus nomine febris,
 icterus hunc comitans affecla peior erit.

Tu bene distinguens & res & nomina, nosti,
 quæ sint insidiæ, quæ metuenda minus.

Hinc, meritis studiis iam præmia digna capeffens,
 promittis Patriæ gaudia certa tuæ.

Ita faustæ gratulationis ergo

Nobilissimo

Doctorando applaudit

PRAESES.

